



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXVIII. Die Febrvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. R O G E R I V S
F I L C O C V S.

Anglos.
Londini 1^o.
vel 27. Feb.
1601.

Fides.

IN Belgio Duaci, Vallisoleti in Hispania Seminariorum Anglicanorum alumnus fuit. In Anglia post suscepitos egregios pro religione Catholica labores nomen Societati dedit: in quam ut primum adscriptus est: ab hereticis captus, in tormentis vltro se de Societate Iesu esse dixit: & Londini ad gloriosum suspendium damnatus, inclytâ Heroum fidei morte occubuit.

P. T H E O D O R V S
B U S E V S.

Belga No-
uodomi. 1^o.
Feb. 1609.
xstat. 67.
Soc. 49.

B Stanislai Kostkæ Viennæ Magister. Vir ad spiritualia colloquia miscenda scitè pius, & ad animos penetrando dexter, zelo fidei suaui ar-

debat. Vnde centum ex hereticis ad orthodoxam fidem illius operâ traduci, qui sua nomina in quodam eius libello ipsi descriptsere. Dei Matrem, & SS. Ursulam & Barbaram pietate coluit planè p̄cipuā.

Fides

P. I O A N N E S
G R O S S V S.

Vir patientiâ, & charitate conspi-
cuus. Septem ac viginti annis
vixit in Anglia inter mortis umbram
atque imaginem: nec tamen omittie-
tebat ullo metu quæ cælestis ille ca-
lor illi dictabat in pectore. In car-
cere per septem menses frigus horri-
dum & alias ærumnas perpessus; po-
stea inde redemptus quidem est, sed
viribus tam attritis, ut mease non in-
tegro post exacto, postequam diui-
num sacrificium celebasset, viribus
defectus corruerit, & inter edita signa
varia pietatis expirarit.

Anglos Lin-
colnic. 27.
Febr. 1645.
Soc. 35.

Fides.

Aeternitas.

XXVIII. DIE FEBRVARII.

P. I G N A T I V S
M A R T I N I V S.

Lusitanus
Conimbric.
o 28. Feb.
1598.
xstat. 68.
Soc. 50.
Lingua.
Cencio.

Mortif.

Gratio.

PAtauij S. Antonij de Padua linguam
exosculatus, repente in aliud Ec-
clesiasten ab eo qui erat, mutatus, de-
inceps Apostolicum præ florido dicen-
di genus ingenti audientium fructu
secessatus est, in Lusitaniam Româ re-
dux. Arundo (quam manibus gesta-
bat catechesim docens) cum illo id
postulante in sepulchrum illata est.
Occalluit in cilicijs ac flagellis illi
corpus, cum se per annos viginti di-
uerberaret quotidie, & Sacrum nun-
quam sine cilicio celebraret. Conim-
bricæ notatum est, illum per horas 5.

singulis noctibus, genibus flexis fu-
meditatum. Primâ Ianuarij eo anno
quo obiit palam pro concione dixit,
optare se reliquam vitam omnem fle-
xis genibus gratias Deo agendo du-
cere, quod in Societate virisset. Cate-
chesi tradenda totos 17. annos trans-
scripsit; aiebatque se illic expiisse suos
in concionando commissos errores in
florida seu putida vanitate. In Cate-
chesi roganti Ignatio, ut Ave Maria
quispiam recitarer, cum omnes pudor
& humanus respectus mutos reddi-
disset, puer semestris vinculum lingua
rupit, & Ave Maria vltro recitavit.
Fassus est, se à teneris B.V. fuisse im-
pensè addictum. Vbiq; esset quæ-
rebat aliquam B.V. imaginem, quam

Vocatio.

Ave MA-
RIA.
Responde
hunc.

B. V.

P hono-

honoraret. Annus Lufiae anni 1614. aiunt biennis paruuli oculis admotum ab Emmanuele la Cerdia pueri patre viro nobili Ignatij Martinij chirographum, illius oculis quiddam benefici contulisse.

ANDREAS SAITO COAD.

Iapon Ma.
nilæ. 28.
Feb. 1615.
ætat 15.
Soc. 20.

Fides.

Perpetuâ sui contemptione, fidei zelo, paupertate insigni, præclaro suis ciuibas exemplo, multis etiam saluti, fuit; quippe qui non paucos ad Christum dictis factisque loquentibus adduxerit: quem quia deserere nolebat, iussus est in exilium nauigare: ubi ærumnis maris fractus, in Philippinis tandem felix exul, exi-

lum cum beata, ut spes est, patria commutauit.

P. IOANNES BONNET.

Gallus in
Coll. Picca.
uiensi 28.
Febr. 1614.
Sacrum,

Fides.

Lufit.
Ebor.
Mart.

In alijs omnibus communem viuenti rationem sectatus, in hoc vno ab alijs discedebat, quod horam vnam diuino Sacrificio impendens Oleronæ clandestinos hæreticorum dolos diuinis intellexisse putabatur. Divinæ Scripturæ tam peritus, ut quemcunque locum adferres, illum ille citra moram enodate explicaret. Mortui P. Ioannis capilli genu cuiusdam fœdè ac periculosè tumidum curauere, chirurgo id luculenter ac alijs qui adfuere testatis.

XXXI. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES DE VIANA.

Hispanus
in Paraqua-
ria 29. Feb.
1624.
ætat. 59.
Soc. 40.
Mortif.

Patiens.

S. P. Ignat.
60.

Vm lacrymis deprecatus Recto-
ris onus, illud singulari humili-
tatis exemplo sustinuit, huma-
nitaris plenus & secreti amans. Per
plures annos vestes ad somnum non
exuit. Magnâ Indos industriâ &
labe inuestigans, mirè fouit: eosdem-
que moriens impensè socijs commen-
dauit. Hydrope, alijsque doloribus
diu lecto affixus, maiores dolores pe-
tebat à Deo. SS. Ignatij, Xauerij,
Caroli ope invocata per iter è ponte

in rupes vnâ cum mulo præceps inco-
lumis & illæsus eusit.

P. HENRICVS HOLLANDVS.

Anglus
Leodij 19.
Febr. 1616.
ætat 80.
Soc. 49.

Fides.

P. Thomæ Hollandi in fidei odium
. cæsi felix auunculus. In Anglia illæ
ferè domus alijs in virtute præstabant
quas Henricus excoluit. Vincula &
carceres per annos plures expertus, ab
amicis in libertatem assertus, ob
ærumnas illas omnem audiendi facul-
tatem amisit; adeoque annos extre-
mos in otio sancto & patientia egit,
sibi, ac æternitati vacans.

MENSIS